1) Najman Christoph: Contra RR. Sygismundi Grzegorzowicz et Joachimi Speronowicz, Professorum Academiae in Christophor. Naiman Protestationem Reprotestatio.

i

2) In causa inter Cracoviensem Vitellianum...

Contra R. R.

SIGISMUDI GRZEGORZOWICZ
&
JOACHIMI SPERONOWICZ

Profeſſorum Academiæ

in

Clariſſimum & Excellentiſſimum Virum

CHRISTOPHORVM NAIMAN

Philōiæ & Medicinæ in Academia Crac. Doctorem, Cons. Crac. ad Acta Conſiſtorij Cracouien. Proteſtationem

REPROTESTATIO.

CHriſtophorus Naiman Philōiæ & Medicinæ in Academia Cracouien: Doctor & Ordinarius Profeſſor, coram Officio & Actis præſentibus perſonaliter conſtitutus, animo & intentione in & contra R. R. Sigismundum Grzegorzowicz, & Joachimū Speronowicz, Profeſſores Academiæ, Proteſtationemq́; illorū die 7. Mens: Maij 1645. ad Acta præſentia oblatam, reproteſtandi, & infraſcripta ad omnem meliorē effectum deducendi; graui cum dolore propono, & dico. Quia ipſi, Vitellianæ nunc ſuccreſcētis vniuerſitatis Aſſectatores, ſenioribus de antiqua inconſultis Profeſſoribus, eo

non contenti, quod non ita pridem regnantes, S. Petri Claues vsurpassent, recursus & appellationes sustulissent, recurrentes fama & bonis spoliassent, Inhibitiones reiecissent, obedientiam per Politowicz quendam, & R. Vitellium excussissent, aliàsq; recensitis modis, authoritatem Apostolicã subuertissent, Sententiæ nunc Apostolicæ Romà 30. Mens: Ianu: 1645. executionẽ, præsenti Protestatione impediuisse, non fuissent veriti. Secundo *Quia per Iuris ignorantiam contra Capituli Pastoralis Officij Canonẽ, ab eis ibi omnia.* Tertio *Quia Sedis Apostolicæ super nulliter ab eis Vsurpatà excommunicatione, Sententià; per Appellationem Romam profecta, Citationibus Pontificijs contra vniuersitatem & Grzegorzowicz eius Procuratorem Craconiæ executis, in Actis Curiæ Romanæ reproductis, in quolibet Actu citata Romæ vniuersitate, Romæ nata; Priuilegium Jagellonium immutatum, ridiculè ab eis positum.* Quarto *Quia contra Canonem de mero Executore vbiq; crassa nimium Iuris ignorantia, omnia vbiq; iuueniliter.* Quinto *Quia dicta super excommunicatione ab eis vsurpata Sententia, Iurisdictionem vniuersitatis euersam (qui Pontificiam euertissent) ab eis leuissimè.* Sexto *Quia Sedis Apostolicæ authoritate oppugnata, in Commissione non contenti, Mandatum de data Romæ 22. Decembr: omni solicitudine oppugnassent.* Septimo *Quia ad Perillustre Capitulum, ut eis in Mandatorum Pontificiorum impedienda executione, authoritateqúe conuellenda, opem ferat, publicè venissent.*

Octauo

Octauo *Quia ad literarum Apostolicarum executionem impediendam, & Ecclesiæ conuellendam authoritatẽ, Nomina magna vocare comminati, refractariè executi.* Nono *Quia ad istum effectũ, ab Illustrissimo & Reuerendissimo consilium ab eis hîc impetratum; ab Illustri & Admodum Reuerendo aliò dure expeditum.* Decimo *Quia cum Mandato Apostolico in Decembre, quod Mandatũ in Iulio conuulsissent, veniãt excommunicati publicandi, ipsi Mandata Decembris conuulsissent, vt iterum denuncientur excommunicati.* Vndecimo *Quia nostram veram à trecentis propè annis antiquam Academiam, S. Romanæ Sedis deuotam clientem, quod contra Vicleuium & Hussum pro Ecclesià aliquãdo stetisset, à Martino Papa V laudatã, Authoritatis Apostolicæ toties oppugnatæ occasione, homines isti noui, apud Sedem Apostolicam in magnas adduxissent indignationes.* Duodecimo *Quia cum pro Patribus Iesuitis nuper debellandis, Professorũ pauperum salarijs Dismembrationibus vulgo, pepercissent, nunc pro Ecclesiæ authoritate inuadenda, & Naimanorum hostiliter nomine extinguendo, non panem solum pauperum (ipsi pingues) libenter expendant, sed pro Canonisatione B. Cantij pecuniam sacram, ab Illustrissimo olim Domino Jacobo Zadzik Episcopo Cracouien: Archiuo Academico depositam, pro bello Romam Naimanouiano (dicitur) tollere proposuissent.* Tredecimo *Quia Illustrissimum & Reuerendissimũ Patrem Dnũm Thomam Oborski, Episcopum Laodicensem*

Suffra-

Suffraganeum & Canonicũ Cracouien. Mandatorum Apostolicà Obedientià Executorem, authoritatem Sedis Apostolicæ ferentem, Personam, cuius apud totum Regnum Sanctitas & virtus, extra omnem fuit & est suspicionem, in quadam insana contra Illustrissimũ Protestationè suspectũ malitiosè scripsissent Executorẽ. Decimo quarto Quia Illustrem & Admodum Reuerendũ Dominũ, magnis motibus & ad falsa impetratis literis, authoritati Apostolicæ & Mandatorum suorũ executioni refractariè opposuissent. Quindecimo Quia Vitelliani cum illud omne quod Romanæ aduersum authoritati, mouissent, vsurpationis quoq́ suæ declaratoriam, & absolutionis, Romà venientem sententiam, quasi Vitembergà alia expectatà, nunc reiecissent. Quare contra prædictos Dominos, totamq́ dictam cum suis Discipulis, Vitellianam vniuersitatem (Seniorum & saniorum Professorum dignitate salua) omni meliori modo forma quibus &c. reprotestor, & ad Sanctissimũ D. N. D. Innocentium Diuina prouidentia Papam X. feliciter modernum, eiusq́ S. Sedem Apostolicã, prouoco & appello. Subjiciens Sedis Apostolicæ omnem iniuriam istam, tuitioni & protectioni Sanctæ Sedis Apostolicæ, prelibatiq́ Sanctissimi D. N. D. Papæ &c. Saluo Iure addendi, minuend corrigend &c. Protestatur prout Juris.